JOCA, SERIAQUE,
PROFESSORUM ACADEMICORUM,
ALIORUMQ; FAUTORUM ET AMICORUM

MISCELLANEA,

IN GENIALE NUPTIARUM FESTUM

NOBILIS, DOCTISSIMI, POLITISSIMIQUE

VIRI

DN. CHRISTIANI BENJAMINIS
ALBERTI

CHRISTOPHORI CONSILIARI ET
ARCHIATRI MONSTERBERGICI

FILII,

ET

NOBILIS, ELEGANTISSIMÆQUE VIRGINIS

MARTHÆ

V. A. LUCÆ RICHTERI J. U. D. ET
PROMNICIO-PLESSIACI OLIM CONSILIARI, ET CANCELLARI, FILIÆ POSTHUMÆ, AC
V. CL. DAN. BUCRETI PHILOSOPH. ET MED. DOCT.
OLIM ARCHIATRI ARCHIDUCALIS, ET POLIATRI
VRATISL. ORDINAR. EX MARTHA FILIA,
NEPTIS; FLORENTIS. SPONSORUM PARIS.

X. KAL. IXBRIS A. C. cIↄ Iↄc LI.

VRATISLAV. SOLEMNI PANEGYRI CONJUGANDORUM,
PEREGRE TRANSMISSA.

Ibidem exscripsit Baumannianis typis
Gottfridus Gründer.



MOx ſub axe bruma gliſcet ſeptima,
SPONSE PALLADIS decus.
Cum Parens tuus Virorum Phos-
Lachrymis tepentibus, (phorus,
Te ſuſurris verticoſis Oderæ,
Me ſequente crederet.
Lætus intrabas carinam concitam,
Tædii nil ſentiens,
Sed celeuſma concinebas nauticum,
ÆOLOES PRÆSIDE.
Donec optatas arenas Marchiæ
Tangeres feliciter.
En ibi te protinus ſororculæ
Virgines novem tenent,
Mancipantq́; tam modeſtum corculum
Æquitatis Virgini.
Tu geris morem, ſeneſq́; conſulis
Quippe Baldum & Bartolum.
Geſtiunt tecum, Themiſtam ut ambias,
Firmiter pronuntiant.
Res niteſcit hæc ſereno ſidere,
Et Puella perplacet.
An-

Annuit fato ſecundo, Cordium
Arbiter ſolus DEUS.
Hic Parentis inſtar, hic cæptis tuis
Prosperos dat exitus.
Hic tuus Fautor, Comesq́; pervius,
Ad futura climata.
Nonne Te ſalvum Trebocis reddidit,
Oderam cum linqueres?
Nonne Bruſela, Rhenus, Ellus, candidum
Te videbant Hoſpitem?
Ambigit nemo: loquantur Thaboris
Expedita lemmata.
Quæ tuum nomen peplis intexere
GRATIARUM militant,
Teq́; commendant ſupremæ Curiæ,
Quam fovet Germania.
At tibi Budorgis arridet capax,
Quam reviſis jugiter,
Quò talenta charitatis ſolveres,
Nautico cum fœnore.
Ut vicisſim grata ſit Civi bono,
Mox rependit munera,
Ac tibi Mi Sponſe jungit Accubam,
Sedulamq́; MARTHULAM,

O diu

O diu vivatis ambo Corcula!
Palmites ceu crescite.
Nominis vestri paternam gloriam,
Secla nulla deleant.
Sic precor, luctuq; sic presso meo
Voce lætâ concino.

Pro novis Honoribus & Amoribus
Sponsi, Amici honorandi f.
JOHANNES HUBRIGIUS
Illustrisſ. Ducis Würtenb.
& Olsn. Consiliarius &
Cancellarius.

CÆsaris ad Cameram *cum te mea vota vocarent*,
Virginis ad Cameram, *te Venus, ecce rapit.*
Faxit, ut hæc placido coëant connubia fato,
Qui castas mentes jungit amore, DEUS.
Hymnum cantabit præclari *Musa* Coleri,
Quem salvere meo nomine, quæso, velis.

Benevol. test. causa scr. Argentorati
JOHANNES OTTO TABOR. D.

Ad Dn. Sponsum,
qui vocatur
ALBERTVS, per anagr. TERALBVS.

QUô, nove *SPONSE*, tuas tibi grater carmine tædas.
Nec Schola, nec tenuis scribere vena sinunt.
Scribo tamen: post hac Vir sis, *ALBERTE, TERALBUS*:
Nomine sis Sociæ, req; *TERALBUS* homo.
Judicis, opto, tibi facilis sit *filia* semper,
E grege virgineo quam tibi jungit Amor.
Et cur non facilis, cur non sit amabilis, æqua,
Æqui quæ nomen *Judicis ipsa* gerit?
Plus volo: *MARTHA* tibi nunquam sit amara Marito;
Sed sit amara malis, chara sit usq; bonis.
Sic sibi constabit thalamus, sic MARTHA virebit:
Sic Tu Vir felix atq; *TERALBUS* eris.

scrib.
HENRICUS **Rahne** J. D.
Prof. & modò Rector Acad.
Rostoch. 3. Julii 1651.

H*âc tibi ego gamicam, vis? augeo lampade tedam,*
ALBERTE, Aonii Gloria docta chori:
RICHTERIA esto tibi conjux pietate MARIA,
MARTHA sit in thalamo sedulitate, fide.

TOBIAS MAGIRUS
vovebat Viadrinæ Prof.

QUàm catus tuæ saluti commodóq; providet
Ille qui vicem Parentis implet *ALBERTUS* tui!
En, Amice, dum recondit, arcuato in fornice,
Plurimas tinas & orcas, & cados, & serias,
Queis solent temeta claudi; Vasculum simul Tibi,
Sed tibi soli, tuisq; proxenetes usibus
Mente selegit sagaci. Bella res hæc! annuis?
Hæc tibi, quanquam Poëta, non poëticâ fide
Sæpe prædixi, memento. Macte tanto munere!
Cæterorum cernis uda doliorum viscera

 Omnibus

Omnibus pretio patere: vaſculi nectar tui
Non cuiquam eſt hauriendum, nec pitisſandum viro,
Quâm Tibi, tibi patebit innubæ Veneris latex.
Hoſpites conferte thymbram, funditote ſimpulum,
Noſter ALBERTUS, victor impiger tandem ſuum
Vas operculabit aptans integrum ſiphunculum.
Cypris, & cohors Amorum ridet, ac quatit faces,
Verba nupta cantat iſta: *Convenire rem rei.*
Nempe dicunt, *quale vas eſt, talis eſt Siphunculus.*

ANDR. TSCHERNINGIUS
Prof. Humanitatis P. Roztok I.

O Mi Sponſe vigens ſerenioris
Phæbi Delicium, decus Puellæ,
Sub vitæ requieſce vitis umbrâ.
Sit dulcis Tua Caja, Vitis, ædes
Ornet quæ viridantibus racemis,
Uvas quæq; ferat ſubinde, nigræ
A queis abſtineant manus, ſorores.
Succesſus Tibi proſperos Jehovah,
Et corpus vacuum dolore, meſſes
Et donet Pylii ſenis, quod optat,
Quod poſcit precibus piis frequenter.

de prop & animitus vovebat
MICHAEL KIRSTENIUS
Paſtor & Senior Smolenſis.

NUn wer hätte diß vermeinet / Zier der weiſen Pierinnen/
Daß wir kurtz darauff einander würden wieder ſehen können /
Als ich dich/ mein ander Leben/ in dem Straßburg muſte laſſen /
Mir die Seyn' vnd Tyber ruffte; Wol/ wer hett, es können faſſen
Und in ſeinem Sinn begreiffen/ als wir dieſer Frucht genoſſen
Welche treue Freundſchafft heget/ in dem Straßburg eingeſchloſſen /

Daß

Daß durch Schwägerliche Banden ſolten werden mehr verſtricket
Unſre gleich geſinte Hertzen/ welche nichts von ſammen rücket.
Unſer Gott pflegts ſo zu machen/ ehe wir was vns verſehen
Und was vns vnmöglich ſcheinet/ muß in einem huy geſchehen.
Ob dir gleich die Themis ſelbſten mit den Welt geheimen Schätzen
Ihre gröſte Kammer zeigte/ kont' jetzt diß dich nicht ergätzen /
Was für dieſem war dein trachten/ Idalis muß überwinden /
Und die ſchon verreißten Sinnen mit dem Ehband hier verbinden.
Mich reiſſt mein Verhängnüß wieder/ liebſter Freund/ von deiner Seiten.
Ich wil folgen wo daſſelbe mich zum beſten hin wird leiten;
Glück in deſſen wünſch ich beyden/ euch/ O keuſch beflamten Hertzen
Wol genieſſt der Hochzeit-Freude durch ein angenehmes Schertzen /
Liebet/ ſpüret Glück vnd Segen / daß auch in drey hundert Tagen
Man alsdann von euch werd können lebendige Zeitung ſagen.

Dieſes wünſchet ſeinem vielgeliebten
Herr Bruder vnd Schwager
auß Leipzig.
Philip Jacob Sachs Ph. & M. D.
Colleg. Maj. Princip. quod
eſt Lipſiæ Collegiatus.

A Utumnus erat; æſtusq; Solis mollior
Pingebat hortos fructibus,
Coloribusq; fructus
Ibam deambulatum amænum in hortulum:
Mirabar hujus purpuram,
Cæli ſerenitatem:
Quid accidit, dum miror horti gaudia,
Fructus, colores, arbores,
Luſtroq; cuncta rectè!
Nil cogitanti tale mihi venit obviam
Faciem decora ſplendidam
Venus, venuſta virgo:
Sic fatur: heus amice dilectisſime,
Calamum tuas cape ad manus
Move lyramq; ſacram:

Nuptis

Nuptis novellis dulce carmen concine,
Amice dicit optime.
Deam audio loquentem,
Et obstupescens hæreo, sponsûm ac pari
Mox sciscitor de nobili,
Quod jam foret jugandum.
Ad nostra tales verba reddit hæc sonos:
Pudica jam lectissimo
Nubit puella sponso.
Hunc bene docuit Astræa regulam fori,
Tori docebit MARTHULA,
Rubella Virginella.
Ego quid agam? Musas bonis accommodo
Votis, precante fausliter
Canoq; voce sponsis.
Quos fata sancta copularunt jugiter,
Feliciter vos & bene
Estote copulati!
Vos copulata fausliter sic corcula
Suâ subinde gratiâ
Almus juvet Jehova!

gratulabundus inter occupationes deprop.

GEORGIUS Krieschke

illustr. schol. Olsnens. Rector.

DEposcis Gamicum Carmen, peramate Sodalis,
Affinis Vinclo jam sociande novo?
Ecce! novo Vinclo Tibi *MARTHULA* jungitur. Opto
Conjugii vinclum sit sine Felle Merum.
Sint fera Bella procul, fugiat Discordia, Bellum
Adsit perbellum, quod Venus usq; cupit.
Gratia vobiscum, foecunda, salusq; Supremi!
Vobis mens eadem Plurima sit Soboles.

Ita animitus vovet amato Pari semper favens
FRIDERICUS VVEBERSKI LL. Stud.
p. t. Junior. à Kapaun Ephorus.